

Werk

Titel: Erucarum ortus, alimentum et paradoxa metamorphosis
Autor: Merian, Maria Sibylla
Verlag: Oosterwyk
Ort: Amstelædami
Jahr: 1717
Kollektion: Zoologica
Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Werk Id: PPN476830389
PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN476830389>
OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=476830389>

LOG Id: LOG_0048
LOG Titel: XLI. Atriplex sylvestris
LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

punctatim intertextis distinctum corpus habens , amoenum spirat odorem , tacta duo auriaci coloris cornula protendit , firmata viridem in aureliam , paulatim ad cinereum colorem tendentem variabatur , hæcce phalæna formosum illum papilionem à curiosioribus vulgo : (basse la Reine : (dictum aprilii atque majo mensibus ut & decembre jucundè flavum , nigroque colore adornatum exclusit.

XXXIX. *Mentha Hortensis verticillata.*

HÆc herba elegantis albæ virescentibus lineis virgatæ erucæ pabulum est , tacta caput sæpius hùc illuc jaicitat , telâ tenui confectâ in aureliam fuscam mutabatur , augusto mense fusca , haud secùs ac auro adornata phalæna prodiit.

Subflavam quoque eruculam similem hac super herbâ deprehendi , colorem hæcce mutabat , in roseum conversa , sed interiit.

Anno 1700. Super herbâ : (callelou :) dictâ non absimiles in patriâ Surinamensi erucas animadverti , quæ herba ejusdem incolis usûs , cuius nobis Rumex Sativus est , decimâ octavâ martii die in aurelias immutabantur , vigesimâ sextâ ejusdem coloris lignei phalænæ ex illis educebantur , quales in figurâ superiùs exhibentur.

XL. *Consolida regalis Hortensis.*

Super hacce florum stirpe svavicolor eruca deprehenditur , decorè virgata , venustèque punctata , valde tamen tardigrada , hanc in finem usque julii enutrivi , tunc in aureliam conversa , sequentis anni mense majo hujusmodi decora , rosea , albo nigroque colore adornata , sed ad volandum segnis phalæna producta fuit.

XL I. *Atriplex Sylvestris.*

IN folii nervulo erecta eruca representatur , quæ usque adeò de folio in folium sese conferre novit , dummodo illud attingere potis sit , coloris est ex pallido viridis , à me servata fuscam

cam in aureliam augusto mense mutata finit, anno sequente
marcidi folii colorem referens papilio prodiit.

Hujuscemodi Vermiculi in omni stirpium pediculofarum ge-
nere reperiuntur, pediculi enim eorum esca sunt; vermiculi
pediculis in gyrum decurrentibus silentiosè solummodo insidian-
tur, quibus proboscide suâ eos captitare edocti, succum omnem
elicunt, siccumque & vacuum rejiciunt, in doliola fusca
transmutantur, ac inde tales, quales in figurâ depinguntur,
muscae prodeunt.

XLII. Populus nigra.

EX hac arbore rotundi persæpè nodi excrescunt, immaturi
adhuc aperti vacui sunt, maturi verò suâ sponte patuli
fiunt, sextuplicis generis animalcula nobis exhibent, quorum
duo pennigera volitant, & culicum more pungunt, unum al-
tero paulò minus est, reliqua quatuor reptilia sunt, tam for-
mâ quam magnitudine diversa, minimi figura non nisi micros-
copii ope detegitur, his animalculis gutta aquæ tepidæ adja-
cet, pismum album quantitate referens, horum autem maxi-
mum cætera tria devorat, hocce pabulo suo absumpto, in bul-
lam transformatur, ex quâ post dies quindecim sylvestris apis
educitur, ualem figura representat.

XLIII. Lattuca capitata florens.

HÆc eruca cineritii coloris lineâ rufâ dorso notata, depo-
nens exuvias suum cum fusco colorem commutavit, in
finem usque Augusti eam lactucâ enutrivi, tunc in aureliam
fuscam immutabatur, unde septembre mense phalæna prodiit,
ejus alæ superiores fuscæ, inferiores verò unâ cum corpore
subcæruleæ fuerant.

XLIV. Urtica urens minor.

HUjuscemodi flavam nigris lineis virgatam erucam hac her-
bâ in junium usque enutrivi, tunc in aureliam immuta-
batur, unde post dies quatuordecim papilio prodiit, qui infe-
rius